UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Cursus Theologico-Moralis

Ad usum Tyronum elucubratus, Et in Quotidianis Prælectionibus

Quoad ea, quæ Moralis Theologia disputat de Legibus, de Præceptis Decalogi, de Restitutione, ac de Contractibus

**Viva, Domenico**

**Patavii, 1723**

Index Rerum Notabilium, Quæ in hac Prima Parte de Legibus continentur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40673**

Visual Library

# INDEX

## RERUM NOTABILIUM,

### Quæ in hac Prima Parte de Legibus continentur.

Prior numerus Quæſtionem; Alter Articulum; Tertius numerum marginalem deſignat.

A


ABbatiſſæ num poſſint leges ferre non ſolum œconomicas, ſed etiam ſpirituales? 2.3.10.

Abrogatio legis differt a derogatione. 6.3.1. Lex poſterior ſpecialis, ſi ſit contraria legi priori generali, derogat illi, ſed illam non abrogat. 6.3.7. Ad legis abrogationem non requiritur publicatio. 6.3.5. Quinam poſſit legem abrogare? 6.3.1. Ut lex prior per poſteriorem abrogetur, num debeat illius fieri mentio? 6.3.6.

Abrogatur lex ſolum a conſuetudine in contrarium, non a ſola deſuetudine. 1.6.2. Ut lex per actus contrarios abrogetur, quantum temporis requiritur? 1.6.3. Num requiratur decennium in lege civili, & quadricennium in Canonica? ibid. Si lex per actus contrarios abrogetur, extinguitur: Contra vero ſi non acceptetur, conſopitur, ita ut ſucceſſu temporis, ſi acceptetur, obliget. 1.6.6.

Abſolutio ab excommunicatione procuranda eſt ſub gravi, ut poſſit quis communicare in Paſchate; non tamen ut poſſit Miſſam audire die feſto. 5.4.7.

Abſolutio a reſervatis collata ex ignorantia reſervationis eſt invalida. 1.5.8.

Abſolutio poteſt conferri ab inferiore, ſi non reſervetur expreſſe a ſuperiore: Contra tamen diſpenſatio in legibus eſt reſervata ſuperiori, ſi non conceditur inferiori. At diſpenſatio in votis conceditur Epiſcopo, ſi non reſervetur. 8.2.4.

Acceptatio legis ex benignitate ſuperioris eſt conditio requiſita, ut ea obliget. 1.6.1. Sed peccant ſubditi, ſi abſque cauſa illam non acceptent. 1.6.2. A quanam communitate debet acceptari? 1.6.5.

Actiones moraliter indifferentes num poſſint eſſe materia legis humanæ? 2.1.4. Num etiam actus mere interni? 2.1.7. Eccleſia a peccatis internis abſolvit, ſed illa cenſuris punire non poteſt. 2.1.11. At punit peccata externa occulta. 2.1.13. A lege humana præcipitur actus internus, quando hic eſt per ſe requiſitus ad actum externum præceptum. 2.1.8.

Amentibus, qui nunquam habuerunt uſum rationis, Euchariſtia in articulo mortis non eſt miniſtranda; ſecus vero ſi illum aliquando habuerint. 3.2.3. Probabile eſt, quod perpetuo amentes ſolum per accidens ratione amentiæ, ut ebrii, & non per ſe, ut pueri, a legibus Eccleſiaſticis excuſentur; unde non poſſimus cum iis cooperari ad harum legum tranſgreſſionem. 3.2.4.

Archiepiſcopus nequit in legibus Concilii Provincialis diſpenſare, licet poſſit Epiſcopus diſpenſare in legibus Synodi diœceſanæ. 8.2.12. Quid ſi leges diœceſanæ Synodi confirmatæ ſint a Papa? ibid.

Archiepiſcopus num poſſit diſpenſare

cum


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cum ſuis Suffraganeis , & cum ſubditis Suffraganeorum , ſicut poteſt cum ſubditis ſuis? 8.3.7.

B

BArbitonſores num peccent, ſi tondeant die feſto? 5.4.10.

Bulla adverſus Confeſſarios ſollicitantes num extendatur ad eos , qui maſculos ſollicitant? 6.2.8.

Bulla Cœnæ continet cenſuras , quæ olim dicebantur ferri ab homine , eo quod pro uno tantum anno ferebantur ; nunc cenſentur eſſe a Jure . 1. 7. 2.

C

CApitulum vivente Epiſcopo num poſſit leges ferre , quibus ipſi Legislatores obligentur ſine conſenſu Epiſcopi? 2. 3. 9. Quid poſſit Capitulum ſede vacante? ibid.

Cardinalium Decreta num habeant vim legis , quando ab ipſis Congregationibus emanant? 2.3.8.

Carnibus humanis num liceat aliquando veſci? 6. 4. 6.

Carthuſiani non ex voto , ſed ex ſtatuto , & conſuetudine obligantur ad abſtinendum a carnibus etiam cum vitæ diſcrimine. 4.2.8., & 6.4.2.

Caſtitas non obligat ad abſtinendum a comeſtione calidorum , unde prævidetur pollutio ſecutura ; obligat tamen ne quis ea intentione comedat calida , ut pollutio ſequatur . 5. 4. 5. Sic juſtitia non obligat, ne corpus occiſi ante januam alterius ponatur prævidendo illius damnum ; obligat tamen ne eo animo id fiat. ibid.

Ceſſante fine legis in caſu particulari, num ceſſet lex obligare? 1. 3. 1.

Clerici nequeunt ad laicam poteſtatem trahi vi conſuetudinis introductæ . 7. 4. 6.

Communitatis nomine quid veniat, quando dicitur , quod lex debeat a Communitate acceptari , ut velit Superior illam obligare? 1. 6. 5. Num veniat Communitas univerſalis , an particularis? ibid.

Concilia particularia, ſive Nationalia ſint, ſive Provincialia , ſive Diœceſana , quas leges poſſunt condere? 2. 3. 6.

Conditiones ad legem requiſitæ quænam ſint? 1. 2. 1. Multifariam ea poteſt eſſe injuſta, & ſic invalida. 1. 2. 2. Quid ſi de ejus juſtitia dubitetur? 1. 2. 4.

Confeſſarius præcipere poteſt actus mere internos , puta orationem mentalem ; non tamen Superior. 2.1.11.

Conſuetudinis effectus ſunt plures. 7. 4. 1. Poteſt conſuetudo inducere obligationem ad pœnam , non ad culpam. 7. 4. 2. Et abrogare pœnam, relicta obligatione ad culpam . 7. 4. 3. Necnon viceverſa . ibid. Quid ſi per legem vetetur conſuetudo in contrarium? 7. 4. 5. Quid ſi conſuetudo contraria legi reprobetur? ibid. Poteſt conſuetudo abrogare legem irritantem ; necnon reddere irritos actus cæteroqui validos . 7. 4. 7. Quomodo conſuetudo legem interpretetur? 7. 4. 10. Lex de non trahendis Clericis ad laicam poteſtatem nequit contraria conſuetudine abrogari . 7. 4. 6. Conſuetudo abrogatur quidem contraria conſuetudine decennali, non tamen deſuetudine. 7.5.3.

Conſuetudo de non comedendis lacticiniis in pervigiliis extra Quadrageſimam num ſit obligatoria? 7. 2. 9. Unde dignoſcitur num conſuetudo ſit obligatoria? 7.2.8.

Conſuetudo laicorum non obligat Clericos , nec viceverſa. 7. 3. 4. Fœminæ non abrogant ſua conſuetudine leges ſolos maſculos obligantes. 7. 3. 5. Poſſunt Moniales proprias leges abrogare vi conſuetudinis contrariæ . ibid. Pariter Mercatores poſſunt proprias leges veluti Municipales abrogare . 7. 3. 6.

Conſuetudo ſumpta pro facto eſt ipſe frequens uſus , ſumpta pro jure eſt lex non ſcripta . 7. 1. 1. Quid requiritur , ut conſuetudo ſit obligatoria? ibid., & 7. 2. 1. Multiplex datur conſuetudo, præſertim juxta legem, præter legem , & contra legem . 7. 1. 5. Num dari poſſit conſuetudo contra jus Gentium? 7.1.6.

Conſuetudo ut ſit obligatoria, plures conditiones requirit . 7. 2. 1. In dubio num conſuetudo introducta adverſetur bono communi , an obliget? 7. 2. 3.

3. Diu-

3. Diuturnitas requiſita ad conſuetudinem inducendam probabiliter eſt decennium, & adverſus legem Canonicam quadricennium . 7. 2. 4. Quænam frequentia actuum requiratur ad illam inducendam? 7. 2. 5. Etiam actibus malis legi contrariis introduci poteſt conſuetudo. 7. 2. 7.

Contractuum regula dicitur eſſe conſuetudo, quatenus juxta conſuetudinem introductam regulandi ſunt. 7. 4. 10.

Contractuum leges obligant ipſum Legislatorem, ne contractus claudicent. 3. 1. 4.

D

Decreta, & Declarationes Congregationum Cardinalium num habeant vim legis? 2. 3. 8., & 6. 2. 2. Decreta Conciliorum, quæ in Gratiano reperiuntur, num habeant vim legis, niſi a Pontifice ſint approbata. 2. 3. 7.

Deſuetudo non abrogat aliquam conſuetudinem legitime præſcriptam, ſed hæc contraria conſuetudine ex diametro oppoſita abrogatur. 7. 5. 3. Deſuetudo, ſeu non uſus legem abrogat per actus privativos, ſeu legis violativos, non vero per actus mere negativos, ibid. Vide *Privilegium*.

Deus indirecte dumtaxat poteſt in legibus naturalibus diſpenſare. 8. 1. 3.

Diſpenſandi poteſtas in lege Pontificia quandonam cenſetur conceſſa Epiſcopo? 8. 2. 5.

Diſpenſatio in lege Superioris ſine cauſa eſt nulla. 8. 4. 1. Quænam cauſa requiratur ut ſit licita? 8. 4. 2. Num peccet qui utitur diſpenſatione data illicite? 8. 4. 5. Nequit valide Pontifex in votis, ac in lege naturali ſine cauſa diſpenſare. 8. 4. 9. Qui poteſt in voto diſpenſare, poteſt illud etiam commutare. At qui poteſt diſpenſare in lege Superioris, nequit illam commutare. 8. 4. 15. Pluribus in caſibus conceditur Inferiori facultas diſpenſandi in lege Superioris. 8. 2. 5. Num requiratur gravior cauſa ad diſpenſandum in lege Superioris, quam ad diſpenſandum in votis? 8. 4. 17.

Diſpenſatio legis in quo differat a diſpenſatione in Voto, & a relaxatione juramenti? 8. 1. 4. Quonam pacto Deus indirecte dumtaxat poſſit in lege naturali diſpenſare? 8. 1. 3. Indirecte pariter Pontifex diſpenſat in Votis, & nonnullis aliis legibus naturalibus. 8. 1. 4. Num Pontifex diſpenſare poſſit, ut in una tantum ſpecie Sacrificium offeratur? 8. 1. 6. Diſpenſatio differt ab interpretatione legis; necnon ab abſolutione, a licentia, a privilegio. 8. 1. 1.

Diſpenſatio num ceſſet ceſſante fine diſpenſationis obtentæ? 8. 6. 1. Quandonam expiret morte concedentis? 8. 6. 3. Quamdiu durat quæ conceditur ad beneplacitum? 8. 6. 4. Si non cedat in gravamen alterius, per non uſum non ceſſat. 8. 6. 9. Quandonam poteſt diſpenſatus uti diſpenſatione extra territorium diſpenſantis? 8. 6. 2. Diſpenſatio in lege, ut ceſſet per renunciationem, requiritur acceptatio diſpenſantis, ſecus vero diſpenſatio in voto, & juramento. 8. 6. 6. V. alia. V. *Legis diſpenſatio*.

Diſpenſatio obtenta non habet vim antequam innoteſcat. 1. 5. 9. At diſpenſatio facta Communitati ſatis eſt, ut Communitati innoteſcat, quamvis ignoretur a perſona particulari, ut habeat vim. ibid.

Diſpenſatio quandonam dicatur ſurreptitia? 8. 5. 9.

Diſpenſatio quomodo ſit interpretanda? 8. 7. 1.

Domicilium, & quaſi domicilium quomodo acquirantur, ac deperdantur? 3. 3. 1. Quaſi domicilium non ſufficit ad Ordines ſuſcipiendos, licet ſatis ſit ad ſuſcipienda reliqua Sacramenta. 3. 3. 2.

Dubitans an detur lex, ſeu an lex hunc caſum comprehendat, aut num ſit promulgata, ad illam non tenetur; ſecus vero ſi dubitetur, an ſit acceptata, an abrogata, an detur excuſatio ſufficiens? 4. 4. 2. Quid ſi dubitetur, an res præcepta ſit licita? 4. 4. 5. Quid ſi ſubditus de hoc dubitet poſitive, probabiliter judicans rem præceptam eſſe illicitam? 4. 4. 7. Quid ſi dubitetur de legitima præcipientis poteſtate? 4. 4. 8. Aut num lex obliget ſub gravi, an ſub levi, aut ſit tantum directiva? 4. 4. 9. Quid dicendum

in variis dubiis voti, ac juramenti? 4. 4. 10. V. *Votum*. In dubio num lex ſit favorabilis, an odioſa, quomodo eſt interpretanda? 6. 1. 7. Quid ſi dubitetur de ſenſu legis? 6. 1. 7., & 6. 1. 9. Quid ſi Epiſcopus dubitet, an poſſit diſpenſare? 8. 4. 6. In dubio num conſuetudo introducta adverſetur bono communi, an obliget? 7. 2. 3. Quid in dubio de valore diſpenſationis? 8. 7. 12.

Dubitans an lex ſit utilis Communitati, num ea obligetur? 1. 1. 6. Quid ſi quis dubitet num lex ſit odioſa, & eatenus reſtringenda, an ſit favorabilis? 1. 1. 12. Quid ſi dubitetur an lex ſit juſta, aut non ſit acceptata? 1. 2. 4.

Si quis dubitet, num diſpenſatio ſit obtenta per dolum, aut errorem circa cauſam finalem, an circa impulſivam, num ea ſit irrita? 8. 5. 10.

## E

ECcleſia quare diſpenſet in votis internis, & a peccatis internis abſolvat, & illa non poſſit punire cenſuris? 2. 1. 11. Punit tamen peccata externa occulta. 2. 1. 13. Quomodo præcepit Eccleſia attentionem, & intentionem in recitandis horis? 2. 1. 10.

Eccleſiaſtici num teneantur legibus civilibus? 3. 4. 2. Conſuetudo puniendi Eccleſiaſticos in nonnullis caſibus a poteſtate laica per Bullam Cenæ quotannis revocatur. 3. 4. 4. Poſſunt laici arma tollere ab Eccleſiaſticis, ne damnum ſequatur, ſed ſtatim tradenda eorum Prælato. 3. 4. 5.

Epikeja quid ſit? 6. 5. 1. Non ſolum quando finis legis ceſſat contrarie, ſed etiam actus præceptus eſt arduus, poſſumus ea uti. 6. 5. 2. Poſſumus etiam ea uti, ſi detur probabilitas, quod a lege excuſemur, non tamen ſi detur dubium. 6. 5. 4. Quid ſi lex ſit ardua, & dubitetur num Legislator voluerit pro tali caſu obligare? 6. 5. 6.

Epikejæ uſus in lege locum habet, quando probabiliter judicamus nolle Superiorem hic, & nunc tanquam in re ardua obligare, etiamſi finis legis non ceſſet contrarie. 4. 4. 3.

Epiſcopi probabilius immediate a Pontifice, & mediate a Chriſto Domino poteſtatem habent legislativam. 2. 3. 3.

Epiſcopus ex urgentiſſima cauſa diſpenſare poteſt in impedimento conſanguinitatis, non tamen clandeſtinitatis. 4. 3. 11.

Epiſcopus nequit pro ſua Urbe, quicquid poteſt Pontifex pro toto Orbe. 2. 3. 4.

Epiſcopus quandonam poteſt in lege Pontificia diſpenſare? 8. 2. 5. Quandonam in Votis? 8. 2. 4. Quid in dubio an poſſit diſpenſare? 8. 2. 6. Diſpenſando in ſua lege cum ſuis ſubditis indirecte diſpenſat ſecummet? 8. 3. 3. Diſpenſare poteſt ſecummet in Votis, ſicut cum ſubditis. ibid. At nequit a ſe irregularitatem tollere, prout poteſt cum ſubditis. 8. 3. 4. Quomodo ſe gerat cum forenſibus, & peregrinis? 8. 3. 6. Quomodo cum Regularibus exemptis? 8. 3. 8.

Excommunicatio major latæ ſententiæ non incurritur niſi ob culpam gravem. 4. 2. 3. Quid de excommunicatione ſententiæ ferendæ? ibid. Quid de pœna Suſpenſionis, Interdicti, Irregularitatis? ibid.

Excommunicatio non incurritur ab eo cui ſub pœna excommunicationis præcipitur, verbi gratia, auditio Miſſæ, ſi audiat Miſſam cum animo non ſatisfaciendi per illam præcepto; quamvis peccet, ſi voluntatem non mutet. 5. 1. 8.

Excuſatio a legis obſervantia novem de cauſis haberi poteſt. 6. 4. 1. Quomodo metus excuſare poſſit ab obſervantia nonnullarum legum naturalium, & divinarum? 6. 4. 3. Quænam impotentia excuſet? 6. 4. 7.

Extenſio legis num poſſit fieri de caſu ad caſum ob paritatem, vel identitatem rationis? 6. 2. 2. In legibus pœnalibus talis extenſio non datur. 6. 2. 3. Nec in legibus correctoriis, aut in diſpenſationibus, vel privilegiis quæ exorbitant a jure communi. 6. 2. 4. Quid de æquiparatis, aut connexis? 6. 2. 6. Reſtringi aliquando poteſt lex odioſa vi Epikejæ. 6. 2. 1. Extendi vero debet, ſi aliter Legislator injuſtitiæ arguatur, vel imprudentiæ. 6. 2. 6.

## F

FAcultas abſolvendi, aut diſpenſandi quandonam expirat morte concedentis? 8.6.3. Num expiret morte concedentis facultas abſolvendi conceſſa ad beneplacitum ipſius concedentis? 8.6.4.

Feſtis diebus num liceat agere currus, vel mulos onuſtos? 3.2.4.

Feſtis diebus num poſſit Æditus templum verrere, & ornare, hoſtias conficere, &c. ſi poſſit ea præſtare pridie? 5.4.9.

Fine diſpenſationis ceſſante num ceſſet diſpenſatio? 8.6.1.

Fine legis ceſſante num ceſſet lex obligare? 6.5.1. Si finis adæquatus legis ceſſet pro tota Communitate, ceſſat lex obligare. 6.5.2. Quid ſi ceſſet finis adæquatus aut pro aliquo tempore, aut relate ad perſonam particularem? 6.5.3. Si finis hic ceſſet contrarie, certe ceſſat lex obligare. 6.5.4. Quid ſi ſolum ceſſet negative? 6.5.5. Probabilius non ceſſat, quamvis in tali caſu ceſſet obligare lex correctionis fraternæ; cum non ceſſet periculum damnorum, quæ lex vitare intendit. 6.5.6. V. *Epikeja*.

Forenſes in quo differant a peregrinis, & vagis; & quibus legibus teneantur? 3.3.1.

Forma ſubſtantialis dans valorem actui quænam dicatur, & quænam forma accidentalis? 4.3.8.

Fugiens e loco, ubi urget præceptum jejunii, non dicitur ponere impedimentum proximum jejunio, & ſic peccare. 5.4.4.

## H

HOmicidium in Eccleſia dicitur committere, qui jactu ſagittæ aliquem in Eccleſia occidit, quamvis ipſe ſit extra Eccleſiam. 3.3.12. Quid ſi in Eccleſia exiſtens jactu ſagittæ alium extra Eccleſiam occidat? ibid.

Horas qui non poteſt ſine ſocio recitare, num teneatur illum aſciſcere? 5.3.6. Qui nequit totum officium recitare, poteſt tamen ejus partem, quandonam ad illam teneatur? 5.3.1.

## I

IGnorantia legis reſciſſoriæ contractuum non impedit quominus contractus ſint irriti. 1.5.5. Num ignorantia revocationis Privilegii reddat irritum uſum Privilegii? 1.5.6. Ignorantia revocationis Procurationis non reddit irrita Procuratoris acta, excepta celebratione matrimonii. 1.5.7. Ignorantia diſpenſationis obtentæ num reddat invalidum uſum illius? 1.5.8. Ignorantia reſervationis alicujus caſus non reddit validam abſolutionem ab illo. ibid. Valide quis utitur privilegio, quod ignorat, ſi illud innoteſcat Communitati, cui eſt conceſſum. 1.5.10.

Ignorantia quotuplex ſit, & quænam excuſet a legis tranſgreſſione? *6.4.9.*

Impedimenta ad executionem præceptorum quænam removenda ſint? 5.4.1. Quænam dicantur impedimenta remota, quæ non teneamur removere? 5.4.6. Prævidens quod ex luſu pilæ ita defatigetur, ut non poſſit jejunare, non dicitur apponere impedimentum proximum: ſecus vero ſi id intendat. 5.4.5.

Impedimentum dirimens conſanguinitatis ex urgentiſſima cauſa diſpenſari poteſt ab Epiſcopo; non vero clandeſtinitatis. 4.3.11.

Impedimentum revera non apponit jejunio præcepto, qui fugit e loco, ubi lex jejunii obligat. 3.3.1. Num peccet, qui eo fine recedit a tali loco, ne ad jejunium obligetur? ibid.

Imperator nequit leges ferre totum Orbem obligantes. 2.2.4. Extra ditiones Imperatori ſubjectas leges Imperatoriæ allegantur velut dictamina rationi conformia; iiſdem ſic utuntur etiam Eccleſiaſtici. ibid.

Impotentia excuſans a legis tranſgreſſione quænam ſit? 6.4.7.

Indulgentias num poſſit Pontifex ſibimet directe elargiri? 8.3.4.

Infideles ſicut peccant non ſuſcipiendo Baptiſmum, ita probabilius peccant contra præceptum ſumendi Euchariſtiam, quatenus hoc præceptum eſt divinum. 3.2.1. Num peccet, qui Infidelibus miniſtrat carnes diebus vetitis;

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

titis ; & qui iiſdem injungit die feſto opera ſervilia? 3.2. 2.
Infirmitatis tempore quando quis nequit totum præceptum implere , & poteſt partem , vitari debet perplexitas. 6.3.3.
Injuſta poteſt eſſe lex multipliciter , & eatenus invalida . 1. 2. 2. Quid ſi de ejus injuſtitia dubitetur? 1.2.4.
Intentio ponendi opus præceptum requiritur ad ſatisfaciendum præcepto poſitivo. 5. 1.1. Non tamen requiritur intentio ſatisfaciendi præcepto per tale opus. 5. 1.6. Audiens Miſſam invitus præcepto audiendi Miſſam, utpote poſitivo, non ſatisfacit. 5. 1. 3. Quid ſi præceptum ſit negativum, puta non furandi ? ibid. Qui ponit opus injunctum nolens per illud ſatisfacere præcepto , num ſatisfaciat ? 5.1.8. Debens centum Titio , ſi immemor debiti donet illi centum, num ſatisfaciat pro debito juſtitiæ? 5.1.7.
Intentio, quod aliquid turpe ponatur, ſæpe fert cauſam proximam ad talem effectum , quæ non haberetur , ſi talis effectus ſolum prævideretur futurus . 5.4.5. Hinc peccat , qui eo animo non procurat abſolutionem ab excommunicatione , ne teneatur audire Sacrum . 5. 4. 7. Et qui eo animo comedit calida, ut ſequatur pollutio . 5. 4. 5. Et qui fluminis aquam derivat ab agro vicini, ut illi noceat, peccat contra juſtitiam , non tamen ſi id prævideat , ſed non intendat. ibid.
Interpretatio legis alia eſt authentica, alia uſualis , alia doctrinalis . 6. 1. 3. Quomodo verba legis , & mens Legiſlatoris interpretanda ſit ? 6. 1. 4. & 8. 1. 1. Quando verba legis ſumenda ſunt in ſenſu improprio ? 6. 1. 5. Diverſimode interpretanda lex pœnalis, & lex favorabilis. ibid. Quem ſenſum faciant in lege particulæ , Et, Vel , Sive , & ſimiles ? 6. 1.6. Conſuetudo eſt optima legum interpres. ibid. Quid ſi dubitetur num lex ſit favorabilis, & extendenda , an odioſa , & reſtringenda? 6.1.7.
Irritusne ſit vi legis , an irritandus actus , unde dignoſci poſſit ? 4.4.3. Si talis irritatio ſit pœnalis , requirit ſententiam Judicis. 4.3.6.
Irritus eſt actus ex defectu formæ ſubſtantialis . 4. 3. 7. Quænam dicantur ad formam ſubſtantialem pertinere? ibid. Actus prohibitus pati poteſt Epikejam, non tamen actus irritus. 4. 3. 10. Nec ignorantia legis irritantis, nec metus impediunt actus irritationem. 4.3.13. Si finis talis legis ceſſet contrarie , ceſſat ea obligare ; ſecus vero ſi ſolum ceſſet negative. 4.3.14.
Judex num poſſit relaxare pœnam a lege impoſitam? 4.2.7.
Judicis ſententia fundata in falſa præſumptione non obligat in foro conſcientiæ. 1.2.2.
Judicis ſententia poſt ejus mortem tanquam lex perſeverat. 1.7.4.
Juramentum promiſſorium num poſſit in materia gravi obligare ſub levi? 4. 5. 6. Quid de hujuſmodi Voto ? ibid.
Juriſdictio delegata contentioſa expirat morte delegantis , non vero voluntaria. 8.6.3.
Jus Gentium quodnam ſit ? 1. 1. 10. Num illud ſit lex naturalis, an poſitiva? ibid.
Juſtitia ſtrictius obligat quam aliæ virtutes morales, & major cauſa requiritur ad materialiter cooperandum cum peccato contra juſtitiam, quam contra alias virtutes . 5.2.1. Duplex debitum ex juſtitia non extinguitur unica ſolutione. ibid. Nec ſatisfit huic obligationi per ſolutionem probabilem, & incertam . ibid. Num eadem ſolutione ſatisfiat duplici debito alteri ex juſtitia , alteri ex liberalitate ? ibid. Num per eleemoſynam datam extreme indigenti poſſit ſatisfieri debito ex juſtitia? 5.2.3.

## L

Leges Canonicas ferre poteſt Pontifex independenter a Conciliis Oecumenicis , & a conſenſu Cardinalium. 2.3.2. Epiſcopi probabilius a Pontifice immediate , & mediate a Chriſto Domino poteſtatem habent ferendi has leges pro ſuis Diœceſibus . 2. 3. 3. At pro feſtis ſtatuendis expectare debent Cleri , & populi conſenſum. 2.3.5. Quid poſſint Archiepiſcopi relate ad totam Provinciam ? Quid Capitu-

pitulum Sede vacante ? Quid Prælati regulares, & Abbatiſſæ? ibid.

Leges civiles quiſnam poſſit ferre, & quas ? 2. 2. 1. Imperator nequit ſuis legibus totum Orbem obligare. 2. 2. 5. Quandonam id poſſit Pontifex ? 2. 2. 4. Legibus civilibus quandonam Eccleſiaſtici aſtringantur? 3. 4. 2.

Leges civiles quandonam obligent Eccleſiaſticos, utpote jure Canonico comprobatæ? 1. 5. 1.

Leges etiam civiles poſſunt obligare in conſcientia. 4. 1. 1. Quæ lex fundatur in præſumptione periculi, aut fraudis, probabilius obligat in foro interno, quamvis deſint fraudes, niſi detur locus Epikejæ. 4. 1. 3. Unde colligi poteſt, quod in materia gravi lex obliget ſub gravi. 4. 1. 7.

Legis abrogatio, ac derogatio. V. *Abrogatio*.

Legis acceptatio ſolum ex benignitate Superioris requiritur, ut ea obliget. 1. 6. 1. Peccant tamen ſubditi, ſi ſine cauſa illam non acceptent. 1. 6. 2. Lex autem dicitur acceptata, quando major populi pars illam obſervat. ibid.

Legis conditiones quænam ſint ? 1. 2. 1. Quid ſi dubitetur, an ſit juſta, an ſit acceptata, an ſit utilis ? 1. 2. 4. Lex, quæ non erat utilis Communitati, ſi evadat utilis, num obliget ? 1. 3. 3.

Legis diſpenſatio obtenta num expiret morte concedentis ? 8. 6. 3. Diſpenſatio in lege Superioris invalide ſine juſta cauſa revocatur; non ſecus ac diſpenſatio in Voto. 8. 6. 5. Non ceſſat per renunciationem diſpenſati, ſi renunciatio non acceptetur a diſpenſante in lege; ſecus vero diſpenſatio in Voto, aut juramento. 8. 6. 6. Qui diſpenſationi renunciavit, num poſſit mutata voluntate uti diſpenſatione ? 8. 6. 8.

Legis diſpenſatio ſtricte eſt interpretanda. 8. 7. 1. Sed in plurimis caſibus latam habet interpretationem. 8. 7. 2. Diſpenſatio ad Ordines num ſe extendat ad Sacros ? 8. 7. 4. Num Subdiaconus diſpenſatus ad ducendam uxorem diſpenſetur etiam ad recitationem Horarum ? 8. 7. 7. Num diſpenſatio ſe extendat de caſu ad caſum, ſi eadem, vel major ratio relucet ? 8. 7. 8. Diſpenſandi poteſtas, non ſecus ac Privilegium, late eſt interpretanda, niſi vergat in præjudicium tertii. 8. 7. 9. In dubio an ea ſit reſervata, & ea quis utatur, ſi deprehendatur deinde fuiſſe revocatam, diſpenſatio eſt irrita. 8. 7. 10. At ſi ſimiliter deprehendatur fuiſſe revocatam poteſtatem diſpenſandi in Voto, diſpenſatio non eſt irrita. 8. 7. 11. In dubio de valore diſpenſationis an ea ſit valida ? 8. 7. 12. Quid ſi poſt diſpenſationem obtentam dubitetur an Prælatus potuerit diſpenſare ? 8. 7. 13. Non eſt irrita diſpenſatio, ſi obtineatur per metum. 8. 5. 7. Neque ſi per dolum verſantem circa cauſam impulſivam; ſecus vero ſi circa finalem. 8. 5. 8. Quid in dubio num cauſa fuerit finalis, an impulſiva ? ibid. V. *Diſpenſatio*.

Legis extenſio, vel reſtrictio. V. *Extenſio*.

Legiſlator quonam pacto a lege ſua obligetur ? 3. 1. 1. Poteſt ſecummet ex cauſa diſpenſare non ſecus ac cum ſubditis. 3. 1. 3. Quomodo teneatur legibus contractuum, & iis, quæ taxam mercibus imponunt? 3. 1. 4. Num peccet graviter tranſgrediendo ſuas leges in re gravi? 3. 1. 5.

Legis materia ſunt actiones humanæ ordinabiles ad bonum commune. 2. 1. 1. Quænam ſit materia legis civilis, quænam legis canonicæ, quænam legis naturalis ? 2. 1. 3. Num lege humana præcipi poſſint actus moraliter indifferentes, aut actus mere interni ? 2. 1. 4. Præcipit lex naturalis res arduas, quia Deus præcipiens dat vires ſufficientes; ſecus lex humana. 2. 1. 3. Materia legis Canonicæ eſt ſpiritualis honeſtas actionum, quibus homo ad finem ſupernaturalem dirigitur; At legis civilis materia eſt temporalis, nempe recta gubernatio, & pax Reipublicæ. 2. 1. 5.

Legis obligatio. V. *Obligatio*.

Legis verba quandonam importent præceptum, quando vero conſilium, & directionem, quando demum ſint indifferentia ad ſignificandum præceptum, vel conſilium, & ab adjunctis, aut a gravitate materiæ dicantur importare præceptum? 1. 4. 7.

Legis verba quomodo ſint interpretanda ? 6. 1. 1., & 5. 7. 1. V. *Interpretatio*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Lex prohibens ſub aliqua pœna delictum interpretanda eſt de delicto conſummato in ſua ſpecie. 6.1.8.

Legi ut ſatisfiat, quænam intentio requiritur? V. *Intentio*. An legi ſatisfiat per actum malum? 5. 2. 6. Num pluribus præceptis poſſit eodem opere fieri ſatis? 6. 2.1. An etiam diverſis actionibus ſimul poſitis? 6.2.5.

Lex ardua poterit aliquando per Epikejam non obſervari, & interim ſupplicari Legislatori, ut revocetur. 1. 6.4.

Lex diſcriminatur a præcepto, quia illa reſpicit bonum Communitatis, eſt perpetua, & non expirat morte Legislatoris; ſecus vero præceptum. 1. 7. 2. At poteſt præceptum aliquando poſt mortem præcipientis perdurare. 1.7.5.

Lex dubia num obliget, ſive dubium ſit ex parte præcepti, ſive ex parte rei præceptæ, ſive ex parte Superioris præcipientis. 4.4.1.

Lex irritat contractum, aut alium actum aliquando ipſo facto, aliquando vult illum eſſe irritandum. 4 3.1. Unde id dignoſcitur? 4. 3.3. Si talis lex fundetur in præſumptione fraudum, utplurimum adhuc obligat, ſi deſit hic & nunc fraus. 4.3.5. Si talis lex ſit pœnalis, requirit Judicis ſententiam. 4.3.6.

Lex pœnalis num obliget in conſcientia? 4.2.1. Quid ſi lex pœnalis ſit mixta? 4.2.2. Quid ſi ſit Eccleſiaſtica? 4.2.3.

Lex quid, & quotuplex ſit? 1.1.1. Num conſiſtat in actu intellectus, an voluntatis? 1.1.2. De publicatione requiſita ut lex obliget. 1. 1. 3. Quid ſi dubitetur an habeat conditiones ad obligandum requiſitas? 1.1.6. Num ea ſit reſtringenda in dubio an ſit odioſa? 1. 1. 10. In quo differat a præcepto? 1.1.5., & 1.7.2.

## M

Mandatum expirat morte mandantis, quando res eſt integra, ſi contineat commiſſionem juriſdictionis; ſecus vero expirat ſemper morte mandantis, quamvis res non ſit integra. 1. 7. 3. Mandatum tamen teſtatoris morte mandantis confirmatur. 1. 7. 4. Et ſententia Judicis poſt hujus mortem tanquam lex perſeverat. ibid.

Matrimonii impedimenta ſintne ab Epiſcopo diſpenſabilia in caſu urgentiſſimo? 8.1.7.

Matrimonium inter impeditos num valide contrahatur poſt obtentam diſpenſationem, antequam ea innoteſcat? 1. 5.9.

Metu extorta diſpenſatio eſt valida, non tamen abſolutio ab excommunicatione. 8. 5. 7. Quid de promiſſione metu extorta? ibid.

Metus quomodo aliquando excuſet ab obſervantia legis etiam naturalis, & divinæ? 6. 4. 3. Non licet ob metum mortis ſimulare Sacramenti adminiſtrationem. 6. 4. 4. Quomodo liceat matrimonium ſimulare? ibid.

Miſſa non eſt celebranda ſine ſacris veſtibus ad dandum Viaticum moribundo. 6.4.5.

Miſſam audire num teneatur, qui mane egreditur e civitate, ubi eſt dies feſtus, perventurus ante meridiem ad locum, ubi dies non eſt feſtus. 3. 3. 11. Num tempore interdicti teneatur illam die feſto audire Privilegiarius? 5.3.6. Qui nequit totam Miſſam audire, tenetur ad ejus ſubſtantialia, ſi poteſt. 5.3.4.

Moniales num poſſint e Monaſterio egredi in caſibus, qui ſunt ſimiles expreſſis? 6.1.7.

Moniales omittendo unam Miſſam præceptam in virtute ſanctæ Obedientiæ ab Abbatiſſa venialiter peccant. 3.1.6. Peccant tamen mortaliter omittendo unam Miſſam ab Eccleſia præceptam. ibid.

## O

Obligatio legis novem de cauſis ceſſare poteſt, ob vim, ob metum, ob impotentiam, ob ignorantiam, ob ejus abrogationem, ob conſuetudinem contrariam, ob diſpenſationem, ob ceſſationem finis, ob epikejam. 6. 4. 1. Metus excuſat aliquando etiam a nonnullis legibus naturalibus, & divinis. 6.4. 3. Quænam impotentia excuſat? 6.4.7. Et quænam ignorantia? 6.4.10. V. *Fine legis ceſſante*.

Obligatio legis unde dignoſci poſſit quod ſit gravis, & ſub reatu culpæ mortalis? 4.1.7. Quomodo obliget lex pœnalis,

nalis, ſive Civilis, ſive Eccleſiaſtica? 4.2.1. Quando lex humana obligat etiam cum vitæ diſcrimine? 4.2.8.

Obligationibus pluribus num poſſit eodem opere fieri ſatis? 5.2.1. Num etiam pluribus actionibus ſimul poſitis? 5.2.5. Omiſſio operis ex vi plurium obligationum debiti num ſit multiplex peccatum, & quando? 5.2.4. Num per actum malum poſſit ſatisfieri legi? 5.2.6.

Obligatne lex, antequam Communitati publicetur? 1.1.8.

Oratio mentalis cur poſſit a Confeſſario præcipi pœnitenti, non vero a Superiore ſubditis? 2.1.11.

P

Peregrini in quo differant a Forenſibus, & Vagis? 3.3.1. Quomodo domicilium, aut quaſi domicilium acquirant, aut deperdant? ibid. Ad Ordines ſuſcipiendos requiritur in iis domicilium, ad reliqua vero Sacramenta ſufficit quaſi domicilium. 3.3.2. Quibus legibus teneantur? 3.3.4. Quid ſi mane egrediantur e loco, ubi ſit dies feſtus, aut obliget lex jejunii, perventuri ad locum, ubi dies non eſt feſtus, aut lex jejunii non obligat? 3.3.10. Num poſſint a ſuo Superiore puniri propter delictum patratum extra Superioris territorium? 3.3.13. Tenentur legibus juris communis, ſi ſint in loco, ubi contraria conſuetudo non viget: verbi gratia, Mediolanenſis tenetur Neapoli quatuor primis diebus Quadrageſimæ jejunare. 3.3.4. Num teneantur legibus loci, per quem tranſeunt? 3.3.5. Num legibus ſuæ patriæ? 3.3.7.

Perpetuitas negativa cuivis legi competit; Legi vero Euangelicæ num perpetuitas poſitiva? 1.7.1.

Pœna gravis temporalis impoſita tranſgreſſoribus legis civilis num ſupponat culpam gravem? 4.2.1. Pœna gravis Eccleſiaſtica certe lethalem culpam ſupponit. 4.2.3. Quænam ſit pœna iſthæc gravis? Num etiam Excommunicatio ferendæ ſententiæ, Suſpenſio, Interdictum, Irregularitas? ibid. Pœna, quæ nullam hominis actionem requirit, ut Excommunicatio ante ſententiam Judicis in foro conſcientiæ incurritur; non tamen quæ hominis actionem poſtulat. 4.2.4. Quid de pœna privationis vocis activæ, & paſſivæ? Num requirat ſententiam declaratoriam, ſi minus pœnæ, ſaltem criminis? ibid.

Pœnitentiam a Confeſſario impoſitam num impleat, qui ponit opus injunctum animo non ſatisfaciendi per illud? 5.1.9.

Pontifex invalide in votis, ac in lege naturali ſine cauſa diſpenſat. 8.4.9. Num poſſit ſibimet directe Indulgentias elargiri? 8.3.4.

Pontifex ſolum indirecte poteſt in voto, ac in nonnullis aliis legibus naturalibus diſpenſare. 8.1.4. Num poſſit diſpenſare, ut in una tantum ſpecie Sacrificium offeratur? 8.1.6.

Pontifex non arctatur legibus civilibus, ſed eas admittit, ſi bonis moribus non repugnent. 1.5.1.

Pontifex ſolum indirectam poteſtatem habet in omnia temporalia, diſponendo de illis, quando id expedit ad animarum ſalutem. 2.2.4. Sacrilege peccaret, ſi ſecum met diſpenſaret ad ducendam uxorem. 3.1.7.

Pontificiæ leges num requirant lapſum duorum menſium poſt publicationem, ut obligent? 1.5.2. Num debeant in ſingulis Provinciis publicari? ibid. Quid de legibus Regiis? 1.5.3.

Poteſtas dominativa, & œconomica quomodo differat a poteſtate Juriſdictionis, & Politica, quæ requiritur ad leges ferendas? 2.2.2.

Præcepto ſatisfacit, qui aſſequitur intentionem Legiſlatoris legi intrinſecam, quæ eſt poſitio rei præceptæ, quamvis non aſſequatur intentionem legi extrinſecam, nempe finem legis. 5.2.6.

Præcepto recitandi Horas, & præcepto audiendi Miſſam poteſt ſimul ſatisfieri. 5.2.5.

Præceptum qui non poteſt integre ponere, num, & quando teneatur ad partem, quam poteſt? 5.3.1. Aliter diſcurrendum quando res eſt diviſibilis, & quando eſt indiviſibilis. 5.3.2. Et aliter in infirmitate, ac extra illam, cum in infirmitate vitanda ſit per-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

perplexitas. 5.3.3. Impotens implere totum præceptum tenetur ad partem, quam poteſt, ſi ea ſit notabilis, & cenſeatur per ſe a Legislatore intenta. 5.3.6.

Præceptum in quo differat a lege? 1. 1.5. Illud morte præcipientis univerſim expirat. ibid., & 1.7.2. At poteſt non expirare. 1.7.5.

Prælatus, qui legis tranſgreſſionem permittit, ſi poteſt illam facile impedire, & non impedit, cenſetur diſpenſare. 8.7.6.

Privilegium late interpretandum eſt, ſicut poteſtas diſpenſandi, niſi vergat in præjudicium Tertii. 8.7.9. In dubio an ſit revocatum, ſi quis eo utatur, & deinde deprehendatur revocatum, invalidus eſt ejus uſus. 8.7.10. At ſi Epiſcopus in dubio de voti reſervatione diſpenſet, etiamſi deinde deprehendatur reſervatum, valida eſt diſpenſatio. 8.7.11.

Privilegium habet rationem legis privatæ, ſi detur alicui particulari Communitati; non vero ſi detur perſonæ particulari. 1.1.4. Reſpicit bonum privatum, non publicum. 1.3.1.

Privilegium quando per non uſum amittatur? 7.5.6., & 8.6.9.

Privilegio obtento non poſſumus uti, nec diſpenſatione, antequam innoteſcant. 1.5.9.

Privilegium in quo differat a diſpenſatione, & a licentia? 8.1.1.

Procuratoris acta ſunt valida, etiamſi ſuæ procurationis revocationem ille ignoret, excepta Matrimonii celebratione. 1.5.7.

Publicatio legis ubinam facienda? 1.1.3., & 1.5.1.

Publicatio requiſita ad valorem legis qualis eſſe debeat? 1.4.1. Non obligat lex, antequam publicetur. ibid. Ubinam facienda eſt publicatio legis, præſertim Imperatoriæ, & Pontificiæ? 1.4.3. Si ignoretur publicatio legis reſciſſoriæ contractus, adhuc contractus irritantur. 1.4.5.

Puellæ num peccent, ſi die feſto laborent ad otium vitandum? 5.4.10.

Pueri probabilius tenentur legibus Eccleſiaſticis, ſtatim ac ad uſum rationis pervenerint. 3.2.5. At non tenentur in Paſchate communicare, niſi circa decimum annum. ibid. Cenſuras latas ab homine non incurrunt ante pubertatem, ſed probabilius incurrunt latas a jure, puta percutiendo Clericum. 3.2.6. Num poſſint ante uſum rationis intra ſepta Monialium admitti? 3.2.7.

R

Ratihabitio de futuro non eſt ſatis ad diſpenſationem; ſecus vero ratihabitio de præſenti. 8.5.3. Idem dicas relate ad abſolutionem. 8.5.4. Cur ſufficiat ad licentiam ratihabitio de futuro? ibid.

Reges poſſunt leges ferre juxta conceſſionem iis factam a Communitate. 2.2.7. Regina pariter quando jure ſucceſſionis Regnum poſſidet, quamvis alteri ſit nupta. ibid.

Regula generalis ad dignoſcendum quodnam ſit impedimentum proximum ad executionem præcepti, non facile aſſignari poteſt. 5.4.6. Exemplificatur in variis præceptis. 5.4.7.

Regulæ plurimæ, quæ a Doctoribus aſſignantur ad rite leges interpretandas. 6.1.5.

Regulares exempti num poſſint ab Epiſcopo aliquando diſpenſari? 8.3.8.

Regulares num poſſint abſolvere ſæculares a reſervatis in alia Diœceſi, ubi delictum eſt commiſſum, ſi ea non ſint reſervata in Diœceſi ubi degunt? 3.3.9.

Religioſi non tenentur legibus Synodalibus, quibus Clerici aſtringuntur. 3.4.6.

Reſcriptum gratiæ ſurreptitium eſt irritum. At reſcriptum juſtitiæ ſurreptitium eſt irritandum. 8.5.9.

Reſervatio Sodomiæ num includat patientes? 6.2.5.

Reſidentia Paſtorum quomodo ſit de jure Divino? 8.1.3.

Reſervationem incurrit, qui committit in Monaſteriis Religioſorum caſum ab Epiſcopo reſervatum. 3.3.14. Regulares perſonæ, non Regularium loca dicuntur quoad hoc exempta. ibid.

Reſervati caſus in una Diœceſi num poſſint abſolvi in Diœceſi, ubi non ſunt reſervati, quando quis eo fine illam Diœceſim adit, ut reſervationem effugiat? 3.3.9.

Revo-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Revocatio privilegiorum ſi ignoretur, num reddat irritum uſum privilegii? 1.5.6. Revocatio Procurationis non reddit irrita acta Procuratoris illam ignorantis, niſi relate ad matrimonium contrahendum. 1. 5. 7. Revocatio privilegii facti Communitati ſatis eſt, ut Communitati innoteſcat, ut ejus uſus ſit invalidus. 1. 5. 8. Idem dicas de revocatione conſuetudinis. ibid.

## S

Sacerdos Græcus tranſiens per Eccleſiam Latinam num poſſit in azymo conſecrare? Necnon Latinus tranſiens per Eccleſiam Græcam conſecrare in fermentato? 3. 3. 12.

Sacerdos ſimplex poteſt aliquando ex diſpenſatione Pontificis Confirmationem conferre tanquam Miniſter extraordinarius. 8.1.5.

Sacrificium num poſſit ex Pontificis diſpenſatione in una tantum ſpecie offerri? 8. 1. 6.

Sartores quandonam excuſantur, ſi poſt mediam noctem præcedentem feſtum laborent, ut veſtes promiſſas conficiant? 5. 4. 9.

Superior quandonam poſſit punire ſubditum exiſtentem extra territorium? 3. 3. 12.

## T

Tempus requiſitum, ut novæ leges poſt publicationem obligent, quodnam ſit? 1. 5. 2.

## V

Vagi tenentur legibus loci, ubi degunt. 3. 3. 15. Puniri poſſunt a Judice loci, in quo capiuntur, quamvis alibi delictum commiſerint. ibid. Num remittendi ſint ad Judicem loci, in quo delictum commiſerunt, ſi ab eo petantur? ibid.

Venatum ire num liceat die Sabbati, ſi prævideatur, quod die Dominico non poſſit audiri Sacrum? 5. 4. 9. Num poſſit data opera ire venatum, ut homo reddatur impotens ad jejunandum? 5. 4. 3.

Verba legis duplicem habent proprietatem, Naturalem, & Civilem. 6. 1. 1. Quando lex debet extendi, ſecundum utramque proprietatem verba ſumuntur. ibid.

Verba legis quænam dicantur importare præceptum, quænam vero conſilium; & quænam ſint indifferentia de ſe ad alterutrum ſignificandum, ita ut aliunde eorũ ſenſus expiſcandus ſit? 1.4.7.

Vigiliæ, in quibus ex conſuetudine obligatoria jejunatur, ſunt plures. 7.2.9. Num poſſimus in iis comedere lacticinia? ibid.

Vota interna, & juramenta diſpenſari, ac relaxari poſſunt ab Eccleſia, quin hæc poſſit punire cenſuris peccata mere interna. 2.1.11.

Votum dandi centum pauperi num impleatur ab eo, qui immemor voti pauperi donat centum? 5.1.7.

Votum in dubio an ſit reſervatum Pontifici, poteſt ab Epiſcopo diſpenſari; & ſi deinde deprehendatur eſſe reſervatum, adhuc valida eſt diſpenſatio. 8. 7. 11. Secus vero dicendum, ſi quis habeat poteſtatem delegatam diſpenſandi. ibid.

Votum in materia gravi num poſſit obligare ſub levi? 4. 1. 6. Quid de juramento promiſſorio? ibid. In dubio num votum ſit emiſſum, an cum perfecta deliberatione, an ſit de meliori bono, utrum obliget? 4. 4. 10. Quid ſi dubitetur num copulative, an diviſive duplex res ſit Deo promiſſa, quando alterutra non poteſt poni? ibid. Si dubitetur, an votum ſit emiſſum ante pubertatem, num poterit a patre irritari? ibid. Num obliget votum in dubio an ſit emiſſum ante ſeptennium? ibid.

Votum paupertatis num violetur per licentiam præſumptam? 8. 5. 4.

Votum, ſi ſucceſſu temporis fiat de meliori bono, num obliget? 1.3.4.

Vovens jejunare, ſi Confeſſarius conſentiat, teneturne ad jejunium, ſi malis artibus illum inducat ad non conſentiendum? 5.4.10.

Vovens recitare quotidie officium B. Virginis ſatisfacit recitando Horas canonicas, ad quas tenetur. 5. 2. 2.


F I N I S.